Bartholin, Thomas; Worm, Ole; Bartholin, Caspar [Editor]: Thomae Bartholini De armillis vetervm schedion
Amstelodami, 1676 Seite 66

§. V. *Armillæ utrique ſexui familiares.*

Armilla & ſpinter muliebria ornamenta.

Nam peregrinæ *armillæ* muliebre præcipuè videbantur ornamentum. *Thomas Magiſter* apud me Manuſcriptus: ψέλιον γυναικεῖον κόσμος: *Brachiale muliebris mundus.* Et *Feſtus*: Spinter *armillæ genus, quo mulieres utebantur.* *Plinius* quoque Lib. XXXIII. cap. 3: *Habeant feminæ in armillis digitiſque totis, collo, auribus, ſpiris: diſcurrunt catenæ circa latera, & incerta margaritarum pondera è collo Dominarum: auro pendeant, ut in ſomno quoque unionum conſcientia adſit.* A Matronis tamen temere uſurpantibus ad lupas ſeu ſcorta tranſiiſſe conqueritur *Tertullianus* de Pallio: *Iam matronas videbis. Cum latrinarum antiſtes ſericum ventilat, & immundiorem loco*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bartholin1676/0088
© Universitätsbibliothek Heidelberg
The Getty